

rei testes sunt Johannes de Mockowe, Johannes Cynen, Th. de Nova civitate, Johannes de Pygauia, H. Niger, Pudernoz cives Lipcenses et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum anno domini M̄ cccc̄ xxiiii in die dominica in qua cantatur judica.

40.

- 5 *Knappe Hoyer von Friedeburg eignet dem Kloster die von Ritter Friedrich und Albert Gebrüdern von Lindenau erkaufte Geldzinse in Kleinpößna.* 1324 April 8.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2307. — Das nur am Rande etwas beschädigte S. an Pergamentstr.

Ann.: Vergl. No. 39.

- 10 In nomine domini. Amen. Cum ea que temporaliter geruntur propter humane
condicionis fragilitatem a memoria hominum cicius *elabantur^a), | ne igitur apud posteros
rerum pie gestarum memoria pereat aut aliquo modo in oblivionem *deveniat^b), convenit ea
perhenna|ri testimonio litterarum. Hinc est quod nos Hoygerus famulus vir nobilis dictus
de Vrudeberg recognoscimus per presentes et ad | cunctorum Christi fidelium noticiam
15 cupimus pervenire, quod dominus Fridericus miles strenuus et Albertus frater ejusdem
dicti de Lindenowe tres marcas et dimidiam cum lotone argenti in Minori Pesna, quas
a nobis tamquam a vero domino et collatore diucius hucusque legitime possederunt, do-
minabus claustralibus extra muros Lipcenses commorantibus justo vendicionis tytulo pro
xxx^a marcis tradiderint. Nunc ad instanciam precum proborum virorum et oracionum
20 dominarum predictarum ob respectum nec non ad salutem parentum nostrorum supra-
dictum censum prelibatis dominabus contuli et donavi ac earum sacro monasterio ap-
propriavi perpetuis temporibus possidendum pariter et fruendum, protestacionem facere
cupiens in presentibus, ut supra dictus census a nobis vel a nostris successoribus vel quo-
cumque jure nobis^c) succedentibus ex nunc usque in perpetuum nullatenus aliquo modo
25 repetatur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus apposui in testimonium
premissorum. Hujus rei testes sunt dominus Albertus de Barboye, dominus Vlricus Bok
advocatus in Nuenburg, Albertus Bose, Heynricus de Ripz, Rudolphus Grat et alii
quam plurimi fide digni. Actum et datum anno domini M̄. cccc̄. xxiiii. in die palmarum.

41.

- 30 *Markgraf Friedrich der Ernsthafte befreit das Kloster in Betreff der Thomasmühle von allen Er-
hebungen und Belastungen seiner Beamten.* Gotha, 1324 Mai 11.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. — Das Reitersiegel des Markgrafen an Pergamentstr.

Nos Fredericus dei gratia Thur[ingorum] lantgravius, Mynsensis et Orientalis
marchio dominusque terre Plysnensis recognoscimus | presentium per tenorem, quod piis

- 35 **40.** a) elabentur. b) deveniant. c) nobis *übergeschrieben über das durch Punkte ungültig gemachte ur-
sprüngliche michi.*